

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 3: De periculosis Caput 46: De vita (2)

Idem (Gregorius, in *Moralibus*):

Carnales mentes idcirco praesentia diligunt, quia vita carnis quam fugitiva sit, minime perpendunt: nam si velocitatem transitus ejus aspicerent, hanc etiam prosperantem minime amarent.

Pensandum uero est quod
carnales mentes idcirco praesentia
diligunt, quia uita carnis quam
fugitiua sit minime perpendunt.
Nam si uelocitatem transitus eius
aspicerent, hanc etiam prosperantem
minime amarent.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 8.10
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.399,
ll.139-142).